

**De ossis hyoidei fractura : dissertatio inauguralis medico-chirurgica ... /
auctor Reinhardus Bitkow.**

Contributors

Bitkow, Reinhard.
Friedrich-Wilhelms-Universität Berlin.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Berolini : Typ. Nietackianis, 1832.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/z4ww296b>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DE
**OSSIS HYOIDEI FRAC-
TVRA.**

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO - CHIRURGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XXIII. M. MARTII A. MDCCCXXXII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST
AUCTOR
REINHARDUS BITKOW
SAXO - BORUSSUS.

OPPONENTIBUS:

F. BÜTTNER, MED. ET CHIR. DD.
R. v. SIEDMOGRODZKI, MED. ET CHIR. DD.
E. STRASSBERGER, MED. ET CHIR. DD.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

OSIS HYDRIE PLAG.
TERRA.

DISSERTATIO
IN MEDICINAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
ORDINIS MEDICORUM ORDINIS

UNIVERSITATE LIBRARIA
FRIEDERICAE GUILIELMAE
UT AURUM
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIS
DIE XXII. M. MCXVI. A. MDCCCLXVI.

REINHARDUS BITKOW
LUBICEN. DENTISTUS EST
LUBICA. DENTISTUS EST

OPONENTIBUS
F. REITER, MED. ET CHIR. DO.
H. T. SIEDENHORN, MED. ET CHIR. DO.
A. G. W. LEBER, MED. ET CHIR. DO.

REKONAT
TYPIS REICHAARDI

V I R O

ILLUSTRISSIMO, GRATIOSISSIMO,
EXPERIENTISSIMO.

JOS. BUETTNER,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, MEDICO-
CHIRURGORUM EXERCITUS BORUSSICI PRAEFECTO
SUPREMO, REGI A CONSILIIS MEDICIS INTIMIS, IN-
STITUTI FRIDERICO - GUILIELMANI ET ACADEMIAE
MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI, ORDINIS REGII
AB AQUILA RUBRA IN CLASSE SECUNDA, DE CRUCE
FERREA IN CLASSE SECUNDA, ORDINIS CAESAREI
RUTHENICI ST. VLADIMIRI, NEC NON ST. ANNAE,
ORDINIS REGII SUECICI VASANI ORDINISQUE BEL-
GICI LEONINI EQUITI AURATO ETC. ETC.

V I R O

ILLUSTRISSIMO GRATISSIMO

EXPERIENTISSIMO

JOSEPH. BUTTNER.

NEC MINUS

MEDICINAE ET CHIRURGICAE DOCTOR, MEDICUS
CHIRURGUS, REGII A CONSILII MEDICI INTIMUS, IN
STUTTI FRIDERICO - GILBERTI ET ACADEMIAE
MEDICO - CHIRURGICAE DIRECTOR, ORDINIS REGII
AN AURAE RUBRAE IN CLASSE SECUNDA, DE CRUCE
FERREA IN CLASSE SECUNDA, ORDINIS CAESAREI
RUTHENICI ST. VLADIMIRI, NEC NON ST. ANNAE
ORDINIS REGII SUEVICI VASANI ORDINISQUE BEL-
GICI LEONIS EQUITIS AURATO ETC. ETC.

V I R O

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
EXPERIENTISSIMO.

C. A. RUDOLPHI,

PHILOSOPHIAE ET UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
HUJUS UNIVERSITATIS ATQUE ACADEMIAE MEDICO-
CHIRURGICAE MILITARIS PROFESSORI PUBLICO OR-
DINARIO, MUSEI ANATOMICI DIRECTORI, REGI A
CONSILIIS MEDICIS INTIMIS, COLLEG. MEDIC. TECH-
NIC. PRIM. MEMBRO, EQUITI ORDINIS REGII AB
AQUILA RUBRA, NEC NON COMPLURIUM SOCIETA-
TUM LITTERAR. SODALI ETC. ETC.

VIRO

ILLUSTISSIMO; EXCELLENTISSIMO

EXPERIENTISSIMO

C. ANTONIO NEC NON

PHILOSOPHO ET LITTERARUM MEDICINARUMQUE
REBUS UNIVERSITATIS ATQUE ACADEMIARUM MEDICORUM
CHIRURGICARUM MILITARIS PROFESSORI PLENO OR-
DINARIO, MUSEI ANATOMICI DIRECTORI, REGIAE
CONSILII MEDICI ASTENSORE, COLLEGII MEDICI
VICI PRIMI MEMBRO, REGII ORLINO, REGII AR-
MILLA, REGIAE ACADEMIAE COMITUM, REGIAE
ACADEMIAE BOHEMICAETIAE

V I R O

DOCTISSIMO, EXPERIENTISSIMO

F. DIEFFENBACH,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, MEDICO APUD
BEROLINENSES FELICISSIMO, NOSOCOMII CARITA-
TIS BEROLINENSIS CHIRURGO DIRIGENTI ETC. ETC.

FAUTORIBUS AC PATRONIS

AD CINERES USQUE COLENDIS

HASCE QUAESCUNQUE STUDIORUM
PRIMITIAS.

D. D. D.

AUCTOR.

Lecturis Benevolis S.

Quam in nosocomio Caritatis Berolinensi anno superiori medici inferioris munus obirem, tot morborum descriptu dignissimorum exempla offerebantur, ut ambiguus diu haesitarem, et, quam ex tanta materiarum farragine ad conscribendam dissertationem mihi desumerem, plane ignorarem. Allata demum puella, fractura ossis hyoidei laborante, scribendi consilium haud amplius distuli. Hoc tantum de exemplo descripto adjiciam: erunt fortasse, qui dirimenda diagnosi nimis me fuisse audacem artisque nostrae tiro- nem minus circumspectum me praebuisse dicant. Quod opprobrium ut effugiam, ut oppor-

tunitatem simul adipiscar pia mente praecepto-
ribus meritisimis, quibus tot tantaque debeo,
gratias referendi, diagnosin fulciri sententia Vi-
rorum Illustrissimorum Dr. Rust, qui omnibus
rebus nosocomialibus in civitate Borussica prae-
est, atque Dr. Dieffenbach, cui pro benevolentia
et benignitate, quam in me contulit, intimo ex
pectore gratias habeo semperque habebo.

Te, L. B., rogatum velim, ut opusculum
tironis, qui experientia destitutus, minime nova
proponere theoremata, sed casum rariorem, cu-
jus hucusque a nemine mentio facta est, ab obli-
vione tueri gestit, indulgenter excipias.

MORBI HISTORIA.

Sophia Schuhband, mercenarii filia, undeviginti annos nata, superatis infantilis aetatis morbis, hucusque integra vixit valetudine; omnes organismi functiones ad normam respondent, cachexiae vestigia desiderantur, corpus robustum vegetumque est.

Die quarto mensis Augusti anni MDCCCXXI vir quidam robustissimus, cum ea rixatus, altera manu collum amplectitur, tanquam eam strangulaturus, altera verberibus percutit caput. Quo facto dolores graves circa collum oriuntur, partes tumescunt inflammatae, respiratio impeditur, deglutitio vix perficitur. Paucae hirudines, medico jubente applicatae nihil tulerunt auxilii, dolores enim magis magisque increverunt atque suffocationis fere metus existit, quare aegrotā ad nosocomium Caritatis Bero-

linense die sexto mensis Augusti confugit, auxilium petitura.

Aegrotæ recepta atque explorata, partes colli molles dolorificae. ardentes, tuebant; tumor major versus mentum, minor ad sternum apparuit. Digito supra cartilaginem thyreoideam ad dextrum latus adacto crepitus audiebatur, tanquam corpora dura invicem tererentur. Cujus strepitus qualis esset causa, mox apparuit, quum digito in os hyoideum, quod bene persentire et ubique persequi licebat, injecto sinistram ejus partem scrutaremur; cornu enim majoris media pars disjuncta erat, quia extrema leviter pressa introrsum discesserunt, crepitus modo dictus, dolores acerbi pungentes partium internarum subierunt, pressione autem sublata partes sejunctae ad pristinum locum redierunt. Eadem symptomata in altero latere, excepta clara crepitatione, quae propter majorem partium mollium intumescientiam obtusior erat, apparuerunt. E dictis luculenter colligi potuit, adesse obliquam cornuum majorum ossis hyoidei fracturam. Respirandi difficultas novissimo tempore aucta, febris ingens exstitit; aegra colli et capitis dolores magnos, qui originem non ex verberibus du-

xere, sed febris tantum fuere symptomata, quum in fronte inprimis sedem haberent, quam pugnus non percusserat, conquerebatur. Quae symptomata ut tollerentur, statim sanguinis libra missa, sedecim hirudines ad collum applicatae et ad alvum, quae per aliquot dies erat obstipata, laxandam, ad derivationem praestandam et externorum remediorum effectus adjuvandos, propinata est solutio magnesiae sulphuricae cum parca nitri dosi: injectae praeterea circa collum e glacie fomentationes, et quum affectiones inflammatoriae haud cederent, alvus autem ad normam respondere coepisset, ad usum internum d. VII. Mensis Augusti haec exhibita sunt:

R^x. Dct. Althaeae ℥vj.

Nitri depur. ʒjβ.

Syr. Althaeae. ʒβ.

M. D. S. Singulis horis cochlear majus hauriatur.

D. VIII. Aug. Nondum eum in modum fracta inflammatione, ut abstinere posses a sanguinis de- tractione, applicatae sunt duodecim hirudines.

Clarior jamjam vox evasit, hucusque rauci ali-

quid habens; majores autem dolores, si quid deglutire conatur, aegra conqueritur.

D. X. August. Eadem loci affecti sensilitas animadvertitur, si collum imposito digito premitur. Quam ob causam hirudinum applicatio imperata die sequente iterata est.

Crepitatio ossium fractorum digitis percipitur, minus autem clara quam antea; eadem tanto facilius paulatim oedit, quanto magis ossis finibus, nulla irritatione turbatis, sanescendi coalescendique opportunitas offertur.

D. XIV. Loquela atque deglutitio sine dolore peraguntur, vox tantum superest rauca atque obtusa. Sub horam nocturnam undecimam aegrota per horam et quod excurrit, frigore est percussa, cui calor urens, deinde sudor largus, usque ad matutinum tempus persistens, successerunt; pulsus frequens, non admodum plenus, lingua sat pura, capitis dolores leves exstiterunt: quare solutionis ammonii muriatici, e drachmis duabus paratae, Unciae sex cum granis duobus tartari stibiati propinabantur.

D. XV. Nocte sequente, paulo serius quam proxima, novus irruit febris paroxysmus, sed multo levior priore. Noctibus, quae sequebantur, iisdem semper, ac antea, horis, paroxysmi febris intermittens apparuerunt, ita tamen, ut primus tertio, alter, isque lenior, quarto responderet, unde febrim intermittentem esse tertianam duplicem, luculenter patebat.

Quod ad fracturam ossis hyoidei attinet, in dies expeditior evasit loquela, raucedo fere ex toto evanuit, ita tamen, ut ad affectiones catarrhales dispositio attentionem effugere non posset. Hinc factum est, ut puella supremis mensis Augusti diebus, refrigerationem passa, statim catarrhalibus affectionibus, raucedine aliqua difficilique deglutatione premeretur. Aptam tamen vivendi rationem, quum conclave non relinqueret praeterea haec hauriret:

℞. Infus. Fl. Sambuci (℥℞.) ℥vj.

Liquor. ammon. acetic. ℥jii.

Syr. simpl. ℥j.

M. D. S. Omni bihorio cochlear majus sumatur.

paucis diebus post ab omni catarrho incolumis eva-

sit, vocisque raucedo post largum sudorem cessit, deglutitio facessivit, febris abfuit.

D. XXXI. Aug. Omnis crepitatio ossis hyoidei deficit, nulla mansit intumescencia colli, quare os ipsum digitis potest ambiri, fines conglutinati atque firmati sunt; raucedinis et dysphagiae incommoda non amplius infestant aegram. Ut omnis dispositio ad catarrhum, praecipue inveteratum et chronicum, tolleretur, per quatuordecim dies in nosocomio, ut observaretur, mansit. Quibus elapsis sanata nosodochium reliquit.

De anatomia ossis hyoidei nonnulla.

§. 1.

De ossis hyoidei structura.

Os hyoideum s. linguale s. ossa linguae, a corporis humani sceleto sejunctum, tantum cum partibus nexum alit mollibus. Locus ejus inter linguam est atque laryngem, quibus partim musculis partim ligamentis est affixum. Superne atque antice vicinum linguae faucibusque; inferne laryngi, postice mediae pharyngis parti adnexum. Constat ex quinque partibus, corpore et quatuor processibus, quae invicem junctae sunt, quapropter nonnulli anatomi de pluribus linguae ossibus loquuntur, ut Soemmering in

anatomia *). Quae partes basis, cornua majora et cornua minora s. corpora triticea vocantur

Cornua majora processus sistunt majores, retro flexos paulo divergentes, cum basi s. media parte, arcum describentes interne apertum, retrorsum et sursum tendentem, superficie extrorsum pronum, media parte latissimum, versus extremitates arctiorem. Qua cornua majora cum basi congruunt, margini superiori cornua minora s. corpora triticea, quae cum ossibus sesamoideis magnam habent similitudinem, insident et affixa sunt.

Basis, sive corpus ossis hyoidei, pars crassissima, latissima, quadrangularis, externe convexa atque asperima. Plerumque superficiem anteriorem externam linea quaedam transversa eminens in superiorem atque inferiorem dividit, cujus media ex parte tuberculum emergit, foveolis utrinque cinctum, in quarum nonnullis insertiones animadvertuntur musculorum. Margines laterales cartilagine obducti, quia articulatione cum processibus est conjunctum corpus.

*) Soemmering vom Bau des menschlichen Körpers. Frankf. a. M. 1800. Th. I. pag. 277.

Cornua majora plana circa extremitatem anteriorem, ubi cum corpore connectuntur, crassiora atque latiora sunt, angustiora deinde, donec subrotundis capitulis, cartilagine obductis finiantur. Margo interior laevis sursum spectat, nunquam falciformis.

Cornua minora, grana triticea, qua cum basi atque processibus majoribus connectuntur, crassiora atque rotunda, versus apicem sensim minora fiunt, in apicem desinentia. Magnam habent, ut jam supra dixi, similitudinem cum ossibus sesamoideis, plerumque tamen cylindracea atque his longiora sunt.

Per varias hominum aetates varia quoque atque diversa est structura, forma eadem. Infantibus atque pueris os hyoideum e cartilaginibus constat, juvenibus ossescere incipit a cornubus inde majoribus. Post annum aetatis duodevicesimum, homine adulto atque exulto, consolidatum est atque omni ex parte osseum. Verum hoc perpetuum non est, nunc enim maturius, v. c. pueris septem annorum, nunc serius, post annum tricesimum, incipit ossificatio.

§. 2.

De ossis hyoidei conjunctione.

Ut jam supra diximus, duriore caret conjunctione os hyoideum, per ligamenta tantum atque musculos nexum alit cum capite, colli vertebriis, cartilagine thyreoidea atque sterno.

Cum cartilagine thyreoidea os hyoideum hunc in modum conjungitur: ab utraque cornuum majorum extremitate ad cornu adscendens illius cartilaginis duo pergunt ligamenta rotunda, ligamenta hyothyreoidea lateralia; ligamentum hyothyreoideum medium incipit a basi ossis hyoidei, decurrens ad mediam cartilaginis thyreoideae partem. Reliqua interstitii pars quasi membrana expletur obturatoria.

Praeterea etiam per musculos cum his partibus connectitur, sternohyoideum et thyreohyoideum: cum scapula per omohyoideum, cum maxilla inferiore per M. mylohyoideum et geniohyoideum; cum processu styloideo ossis temporum per M. stylohyoideum et digastricum: linguae adnectitur hyoglosso musculo: pharyngi denique M. hyopharyngeo.

Restat ut adjiciamus nonnulla de modo, quo inter se conjungantur singulares ossis partes. Basis s. corpus ossis hyoidei cum processibus majoribus ligamento coalescit capsulari, cujus fibris tendinosis extrorsum conjungitur cum granis triticeis laxiore vinculo.

§. 3.

De ossis hyoidei fractura.

Praemisimus anatomicam partem disquisitioni nostrae eam ob causam, quod inde luculenter apparet, difficillimam hujus ossis et propter structuram et situm esse fracturam, facileque explicatur, cur in nullo adhuc, quod equidem scio, libro aliquid sit descriptum.

Ossa, a corporis superficie haud procul distantia, paucis tantummodo musculis circumdata, inter alia, tanquam puncta fixa, intrusa, saepius franguntur iis, quae per musculorum ambientium numerum oblata externarum rerum vi removentur, libera gaudent mobilitate, aut per cartilagines annectuntur trunco, ubi magno elasticitatis gradu mechanicis resistunt injuriis. Quae modo diximus, maxime de

osse valet hyoideo; maxilla inferior arcet mechanicas a facie irruentes causas, nexus cum reliquo corpore musculis instituitur et ligamentis, facillime recedentibus. Deinde ossium magnitudo ea est, ut, sicuti ossa carpi et tarsi rarissime franguntur, haud magis actio ossis ad fracturam id pronum reddat: accedit praeterea, quod aetate jamjam proveciore totum os indurescit atque firmitatem ossium reliquorum obtinet.

§. 4.

De fracturae loco.

Ossis hyoidei propter structuram facilius cornua majora franguntur, difficilius corpus, quod crassius est atque minoris ambitus: cornua minora frangi non videntur.

§. 5.

Diagnosis.

Diagnosis fracturae ossis hyoidei plerumque haud difficilis est, si mox a laesione medicus in auxilium vocatur, quum ita locatum sit, ut anteriorem exteriorrem ejus superficiem, partibus mollibus nudam, undique tangere possis, abnormem igitur persentias mo-

bilitatem, crepitationem audias, Aegrotus si praeterea queritur dolorem fixum, persuasum habeas de fractura. Alia rei ratio est, si plus temporis interpositum, si jam orta est inflammatio: multo enim difficilior fit diagnosis, tument partes molles, involvunt quasi os hyoideum, ut arduum sit tactu. Etiamnum aegrotus dolorem conqueritur fixum, admodum pungentem, si quis loco ossis fracto imponit digitum, quo ablato dolor evanescit; certior diagnosis, si causam, qua exorta sit inflammatio, mechanicam gravemque fuisse persuasum atque compertum habes, neque alia quaedam, quae tantam movere queat inflammationem, praegressa est. Respirandi atque deglutiendi facultas impedita, illa hac expeditior, linguae motus, puncto fixo amisso, maxime turbati, nec non pharyngis multo tardiores actiones. Vox rauca atque obtusa, pariter ac si quo corpore alieno obtegatur larynx.

§. 6.

De causis fracturae ossis hyoidei.

Dispositio singularis, quae inducat fracturam huius ossis, largienda vix videtur. Majoris momenti haud dubie aetas est. Facilius enim in adultis atque senibus fractura occurrit, quorum omnia ossa bene

exculta et consolidata sunt, quam in pueris, quorum os hyoideum cartilaginibus est annumerandum. Omnium aetatum senectutem maximam prae se ferre dispositionem, ex eo apparet, quod omnes partes molles ineunt rigiditatem, atque opportunitatem deponendi materias calcareas: ossificatas videmus artérias, musculos ipsos observamus mutatos, omnia ossa fragiliora: si igitur in os hyoideum eae agunt injuriæ, quae secum ferunt fracturas, eo facilius hac aetate os hyoideum frangunt. Quod autem tam raro observatur, ex eo pendet, quod causae violentae rarissime in solum agunt os, sed nobiliora simul laedunt organa, ad vitam sustinendam necessaria.

Inter causas occasionales praecipue mechanicae, violenti insultus, qui subito os petunt, veluti ictus, pressio violenta, vulnera, strangulationes, et quae sunt reliqua.

§. 7.

De Prognosi.

Ad prognosin dirimendam praecipue meditari oportet, ita situm os hyoideum esse, ut respiratio ejus fractura maxime possit turbari, neque minus af-

ficiantur deglutionis organa. Per se ista fractura minoris est momenti, attamen, quum praecipue in obliquum frangatur, fines acutiores, aut assula quaedam, penetrant atque perforant partes molles internas; angina primum ingens oritur, qua decrescente ulcera nascuntur, imo his quoque sanatis dysphagia remanet, aut rauco chronica. Ulcerationes autem harum partium quanti sint existimandae, inter omnes constat; phthisis enim laryngea ex his repetit causam, vitaeque maxime periclitatur. Laetior prognosis, si fractura complicatione destituitur, simplex ergo est, ut nostro in exemplo.

Ad prognosin temporis quoque ratio spectat, quo fractura curatur. Casus noster, quum hucusque alius annotatus atque descriptus non sit, normam praebere nequit; eapropter tamen dignissimus est notatu, quod in corpore juvenili, omnis cachexiae experte, occurrit. Generatim hoc potest proponi, rationem eandem esse fracturae ossis hyoidei, ac reliquorum ossium, brevissimumque tempus curationi sufficere aetate juvenili, longius virili, longissimum senili.

§. 8.

Therapia.

Ad sanandam ossis hyoidei fracturam duplicem medicus scopum molietur: primum inflammationem laryngis fauciumque tollere, dein facta, si opus sit, repositione, fracti ossis fines conglutinare studeat.

Ad indicationem priori loco positam explendam, methodus ex omni parte antiphlogistica sufficit, largae venaesectiones, applicatio magni hirudinum numeri saepius repetita, epithemata et fomentationes frigidae; ad usum internum nitrum et omnia salia antiphlogistica, cum involucro mucoso, emulsionibus, Dct. Rad. Altheae, et quae sunt similia, respondent.

Repositio ossis fracti plerumque necessaria non est. Perforantem vero assulam digitis aut spathula reprimas: jam vero altera indicatio, quam innui, committenda vi naturae medicatrici: is enim situs ossis hyoidei est, qui nullam admittat vincturam, quum omnibus punctis careat fixis, summa igitur gaudeat mobilitate. Si qua fieri velis, supinum capitis in lectulo commendes situm, ut extensae semper

maneant anteriores colli partes; summam imperes quietem, vetes sermonem, ne minimum quidem concedas, nullam non graviores institui patiaris colli intensionem. Alimenta non nisi fluida, tenuia, levia summat aegrotus, donec ubique ossis factam esse conglutinationem compereris; pro potu ordinario Mucilaginea exhibeas.

Vita ex decreto gratiosi medicorum
ordinis adjecta.

Ego Car. Th. Reinhard Bitkow, evange-
licae addictus confessioni, die vicesimo sexto M.
Augusti A. MDCCCVI natus sum Dresdae, patre
Henrico, numerario regio, matre dilectissima
Eleonora, de gente Kraussiana, quos praematura
morte ereptos lugeo. Primis litterarum elemen-
tis in Lyceo Martisburgensi imbutus, ab anno
aetatis decimo quinto usque ad vicesimum Gym-
nasium regium Jochajimicum, quod Berolini floret,
frequentavi alumnus. Mense Aprili A. MDCCCXXVII
Instituti Medico - chirurgici Friderico - Guilelmani
civibus adscriptus, rei medicae et chirurgicae per
quadriennium, quo potui labore, operam navavi.
Studiorum cursus hic fuit; praeceptores mihi
fuerunt Cel. Wolff in Hodegetice, Logice et
Psychologia; Beatus Knape in Osteologia, Splan-

nologia et arte formulas medicas conscribendi;
Cel. Turte in Physice, Chemia, Pharmacia; Ill.
Hermbstaedt in Chemia et Pharmacia; Ill. Link
in historia naturali, Botanice et Toxicologia;
Celeb. Hayne in Botanice; Ill. Lichtenstein in
Zoologia, Beatus Knappe et Ill. Rudolphi in arte
cadavera secandi, Ill. Rudolphi in Encyclopaedia
medica ac Methodologia atque anatomia universa
et comparativa, in doctrina de Entozois, de foetu
humano et de organis sensuum, nec non in
Physiologia; Cel. Eck in Physiologia, Ill. Fr. Hu-
feland in Pathologia et Therapia, tam generali
quam speciali atque Semiotice. Ill. Osann de
materia medica audivi disserentem, de fontibus
medicatis; Ill. Horn de Pathologia speciali, de
morbis syphiliticis et mentis; Perill. C. W. Hu-
feland de Macrobiotice et Diaeteticæ, Cel. Casper
praeceptorem habui de morbis infantilis aetatis
et medicina forensi, Ill. Kluge de Chirurgia ge-
nerali et akiurgia: idem me docuit artem fascias
imponendi, atque obstetriciam; Ill. Rust prae-
ceptore gavisus sum in Chirurgia speciali, Cel.

Jüingken in Ophthalmiatrice; Cel. Hecker de medicina libros Celsi interpretantem audiui. Interfui institutionibus Clinicis medicis Virorum Ill. C. W. Hufeland et Osann, Bartels, Wolff, chirurgicis Ill. Rust et de Graefe, ophthalmiatricis Ill. de Graefe et Jüingken.

Absoluto studiorum cursu, in nosocomio Caritatis Berolinensi per annum munere medici inferioris sum functus. Mense Septembri anni praeteriti in provinciam Borussiae Polonicam ad nosodochium castrense, ut medici militaris munera ibi suspicerem, missus sum. Mense Decembri ejusdem anni Potisdamiam proficisci jussus sum, ubi etiamnum chirurgi inferioris in legione equestri hastatorum munus obo.

THESES DEFENDENDAE.

- 1) *Nullam certam prognosin.*
 - 2) *In ulceribus curandis maxime respiciendum esse ad dyscrasiam.*
 - 3) *Calorem animale a respiratione non solum pendere.*
 - 4) *Pleuritidem non exstare.*
 - 5) *Decoctum Zittmanni remedium fere specificum esse in morbis yphiliticis tam primariis, quam secundariis.*
 - 6) *Nullum medicum sine emetico.*
 - 7) *Fracturam ossis hyoidei saepius accidere quam observari.*
-

THESES DEFENSIBILES

- 1) Nullum certum prognosticon.
 - 2) In micribus curandis incertum est quid sit curandum.
 - 3) Coloris immutatio a transpiratione non solum pendet.
 - 4) Pleuritidem non curat.
 - 5) Decubitus Altimarij curandus fore specificum esse in morbis.
 - 6) Nullum micribus certum.
 - 7) Proctum esse hydropis capitis de cetero quam observat.
-